

XXV. LAVATRAE?

(Bowes).

Accedunt *Gretabridge* et *Rokeby*.

In *Richmond* comitatus parte maxime septentrionali inter *Greta* et *Tees* fluvios prope *Bowes* oppidum castrorum reliquiae diu iam notae sunt (Goughs *Camden* 3 p. 258. 338) atque inde a *Camdeni* tempore *Lavatrae* mansio itinerarii (p. 468, 1 *Lavatri*; p. 476, 3 *Levatri*) et *Ravennatis* (5, 31 p. 431, 14), statio numeri exploratorum secundum notitiam (p. 113* 11 *Lavates*), ibi collocatur. Tituli ibi reperti tres locum satis munitum fuisse declarant; memorantur enim in illis cohortes duae, prima *Thracum* (n. 273. 274) et quarta *F . . .* (n. 275), item ala *Vettonum* (n. 273); praeterea balineum vi ignis exustum atque ab ipso legato provinciae restitutum (n. 273). Duos ex titulis iis *CAMDENUS* novit (n. 273. 275); alter periit, alter extat *Cantabrigiae* servatus per *Cottonem*, qui asportaverat ad *Connington*; tertii extabat exemplum novicium in *Appleby* *Westmorelandiae*, quod *Ricardo BAINBRIGG* debetur; de eo vide quae infra adnotata sunt cap. XXVII.

A *Bowes* versus orientem, iuxta confluentes *Greta* et *Tees* fluvios, alia castra fuerunt, quorum item supersunt reliquiae (Goughs *Camden* 3 p. 338), nomen vero ignotum est. Iis attribuendi sunt tituli prope *Gretabridge* reperti (n. 278—281. 283), fortasse etiam ad *Greens Inn* repertus (n. 282), et ipsi militares paene omnes. Eorum tres (n. 278. 282. 283) iam *Horsleii* tempore servabantur in villa vicina *Rokeby* (olim *Rookby*)

dicta, quae tum erat *Thomae Robinsonis* (v. *Horsley* p. 305), postea *the seat of Bacon Morritt Esq.* (Goughs *Camden* 3 p. 338. 460), hodieque esse dicitur *Guilelmi Morritt* alicuius; reliqui tres (n. 279. 280. 281) aut perierunt aut latent in vico *Gretabridge*. Accedit columna miliaria imperatorum *Galli* et *Volusiani*, item in *Rokeby* servata. Sed qui titulos illos olim collegit in *Rokeby Hall* addidit iis etiam aliunde conquisitos non paucos. Septem sane ex *Amboglanna* statione per lineam valli eo pervenisse demonstrari possunt (n. 808. 813. 815. 819. 826. 831. 844; fuerunt illi ante in castello *Naworth* in *Cumbria*, unde ultimus comes *Dacre* eos dederat *Robinsoni*; alii ex *Italia* allati sunt); restant duo (n. 276. 277), quos cum *Britannicos* esse appareat hic collocavi, donec de origine eorum certiores facti sumus. Frustra enim per *Ioh. Kenrick* amicum *Eburacensem* a loci domino de titulis illis, utrum adhuc extant necne, quaesivi; nuper demum per *Brucium* certior de iis factus sum, qui misit titulos duos in vicinia servatos mihi quae aliunde non notos (n. 283 a b).

Auctores titulorum horum sunt *Rogerus GALE* (n. 278), *Horsleius* (n. 278. 280); *Guil. Hutchinson* historiographus *Cumbriae* (n. 279. 281), *Ricardus Gough* (n. 276. 277. 278. 282. 283); ipse nullum vidi.

Praeterea prope *Gretabridge* titulus aetatis infimae prodiit similis titulorum *Cambricorum*, quorum supra (cap. XV) memini.

273 In *Bowes* (*Richmondshire*) parieti domus oblique infixi. *Rob. Cotton* asportavit lapidem ad *Conington*, ubi vidit *Horsl.* Inde a. 1750 pervenit *Cantabrigiam* in collegium *Trinitatis*, ubi servatur. Litterae sunt elegantes.

sic DAE · FORTVNAE
VIRIVS · LVPVS
LEG · AVG · PR · PR ante a. p. C. 197
BALINEVM · VI
5 IGNI · EXVST
VM · COH · I · THR
ACVM · RESTI
TVIT · CVRAN
TE · VAL · FRON
10 TONE · PRAEF
EQ · ALAE · VETTO

Contuli. *Camden* ed. V (1600) p. 658 (inde *Grut.* 73, 5 'a *Camdeno*'); *Th. Gale* it. *Ant.* p. 41; *Horsley* p. 304 *Yorksh.* 1 cf. p. 352 (inde *Goughs Camden* 3 p. 338; *Newton* p. 116, 99).

Virium Lupum legatum *Severi* et *Caracallae* habuimus supra in titulo a. 197 n. 210. Cum hic

legatus *Augusti* dicatur, non *Augustorum*, titulus insculptus esse putandus est ante a. 197. Cohors VI *Thracum* hoc loco videtur in castris collocata fuisse postquam sub *Vespasiano* in *Germania*, sub *Domitiano* in *Iudaea*, sub *Pio* et *Marco* in *Pannonia superiore* fuerat (cf. *Henzen Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 20, ubi etiam de tribus reliquis cohortibus primis *Thracum*, ab hac diversis, *I miliaria*, *I equitata*, *I civium Romanorum* agitur; *Böcking* ad notit. p. 685*; *I. Aschbach Bonner Jahrb.* 20, 1854 p. 59 ss. 64).

Dae Fortunae. Virius Lupus leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore). Balineum vi ignis exustum coh(ors) I Thracum restituit curante Val(erio) Frontone praef(ecto) eq(uitum) alae Vetto(num)

274 Brought from *Bowes* 1605 and fixed up here (at *Appleby*) *HAYTON*. Ibi vidit *Horsl.* una cum eiusdem tituli exemplo novicio, quod *BAINBRIGG* faciendum curaverat.

<i>Hayton:</i>	<i>Horsl.:</i>
.	NOB · CAE
INCLCA	FRONTINVS
FRONTINVS	COH · I · THRAC
COH · I · THRAC	
5 S A C C E S R	

Hayton (1722) n. 3; *Horsley* p. 304 *Yorksh.* 7 (inde *Goughs Camden* 3 p. 338).

Non puto *Haytonem* excepisse exemplum novicium; nam apparet *Horsleii* nec in fine plenum esse nec a parte dextra. V. 1 cogitari non posse cum *Horsleio* de *nob(ilissimo) Caesare* manifestum est; latent nomina *Frontini*. *Iulium Frontinum* virum clarum indicari putabat *Bainbrigg*; unde tali titulo in lapide inciso memoriam eius persecutus est: *Iul. Frontinus domuit Brigantes et Silures huic successit Iul. Agric. sub Vespas.* (*Hayton* n. 12).

275 *Bowes, Richmondshire*, in ipsa ecclesiola in saxo antiquo, quod non ita pridem pro altari fuisse videtur *CAMD.* Aut periit aut latet.

IM . . CAESARI · DIVI · TRAIANI . .
DIVI · NERVÆ · NEPOTI · TRAIAN . .
NO · AVG · PONTIFICI · MAXI . .
COS · I P P COH III F
5 IO · SEV

Camden ed. V (1600) p. 658 (inde *Grut.* 248, 3 'a *Camdeno*'); *Horsley* p. 304; *Reynolds* it. *Brit.* p. 187; *Goughs Camden* 3 p. 338).

Adscripsi restitutionem *Borghesii* (*Burbul.* p. 64, opp. 4 p. 166), qui de *Iulio Severo* cos. a. 127, a. 132 ex *Britannia* in *Iudaeam* misso ab *Hadriano* (*Dio* 69, 13) cogitavit. Atque potest is sane post consulatum, fortasse interposita alia quadam cura, propterea quod *Hadrianus* inde ab a. 128 demum patris patriae titulum assumpsit, *Britanniae* praefuisse (cf. *rhein. Mus.* 12, 1859 p. 59). Sed fatendum est supplementa ultimi versus incerta esse; nomen reliquiae illae paene eodem iure referri possunt ad praefectum aliquem vel tribunum cohortis, quanquam legatum provinciae nominari in dedicationibus operum militarium paene sollemne est in titulis *Britannicis*.

Im[perator] Caesaris divi Traiani [Parthici filio], divi Nervae nepoti, Traiana Hadriano Aug(usto), pontifici maximo, tribunicia potestate]
co(n)s(uli) I(II) p(atr) p(atr)iae, coh(ors) IIII F [sub Iul]io Sev[er]o leg(ato) Aug(usti) p(ro) pr(aetore)], curante